parti ob non Completione Consensus Interesse praefatum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubitu ac re aliqua principali ex contentis Interesse praefatis non Completa complendo Citatus existens memorata Persona praemissa non tenens Cum suis posteris ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis Suae eiusque posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex nunc recessu Superiorum quo ad respondendum speciali mediante Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare comparere respondere vadium praefatum luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur Seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde Consequentes Causa eius Terminos Semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successionis Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Quietorum vel aliis quibusvis Dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo Ad Quietationem praeterea officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ad praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Quietationibus suspensionibus fatalis Iuris praescriptione terrestris belli Concentionesque ac aliis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.

Skorczycki Białogłowskiemu cum oblata consensus Sa-

1280

Sacrae Regiae Maiestatis Cedit.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemisliensibus Comparens personaliter Generosus Andreas Skorzycki Tribunus Terrae Praemisliensis Sanus mente et corpore a Terrenis Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneal. Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter attinet. Secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subijciendo palam, libere, publice ac per expressum recognouit. Quia ipse in hereadis Literis Consensus Sacrae Regiae Maiestatis Domini Nostri Clementissimi sibi Recognoscenti ad instantiam Recognoscentis per eandem Sacram Regiam Maiestatem gratiose collatis Officio praesenti Castrensi Capitaneal. Praemisliensi authentice cum subscriptione manus eiusdem Sacrae Regiae Maiestatis appressioneque sigilli maioris Cancellariae Regni reproduxit Quarumquidem Literarum Consensus tenor est eiusmodi.

Michael Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liuoniae, Kiouiae, Volhyniae, Podoliae, Smolensciae, Seueriae Czernichouiaeque.

Significamus praesentibus Literis nostris quorum interest vniuersis et singulis consensisse nos et permisisse consentireque et permittere praesentibus Literis nostris Generoso Andreae Skorzycki ut possit et valeat de omni Iure suo aduitalitio quod illi super villam Czemiecchow dictam in Palatinatu Russiae Terrae Praemisliensis sit seruit ac competit cedere illudque in Personam Generosi Feliciani Białogłoski transferre et transfundere Quae quidem Cessio Iurisque transfusio postquam Coram Actis quibuscunque Regni authenticis facta et recognita fuerit nos eam ratam et gratam habituri sumus uti eam quoque praeuio Consensu

nostro

nostri peragetur vigore Cuius Cessionis Iurisque transfusionis ac (?) sen
ti Consensus nostri dictam villam cum omnibus Structuris aedificiis, agris
pratis, Campis, Syluis, lacubus, piscinis molendinis, tabernis praedijs
Cunctis aliisque in universum attinentiis et pertinentiis, nullis penitus exceptis
tenens habens et possidens ad extrema vitae suae tempora promit
timusque pro nobis et Serenissimis Successoribus nostris, eo ipse Nos neque
Serenissimos Successores nostros Generosum Felicianum Białogłowski Roth
magistrum ab usu et pacifica possessione dictae villae amoturos nec alie
naturos. nec cuipiam alienandi potestatem daturos. Sed Saluum
et integrum Ius advitale eidem conservaturos. quod et Serenis
simi Successores nostri praestabunt vigore Cuius Cessionis primo pos
sessionis suae Anno Quadruplicem. Sequentibus vero singulis annis
duplicem quartam proventuum partem rauam, Statuto tempore iuxta
Conscriptionem. Legum in Thesaurum Regni inferre tenebitur. Iuribus
nostris Regalibus Reipublicae Ecclesiaeque Catholicae. Saluis manen
tibus In quorum fidem praesentes manu nostra subscriptas sigillo
Regni communiri iussimus Datum Cracoviae in Comitiis felicis
Coronationis nostrae die XI mensis Octobris Anno Domini M. D.
C. L. X. I. X. Regni nostri Primo Anno Stanislaus Lipski Craco
vien. Dioceseos Canonicus Regens Cancellariae Regni. Michael Rex
Locus sigilli post cuius ingrossationem originale eidem offerenti perso
naliter praesenti extraditum est. De omni et integro Iure suo Advitalitio in
frascripto quod sibi Recognoscenti super villa Czerniechow dicta
in Palatinatu Russiae terra vero et districtu praesenti Premisliensi
iacen et Consisten. tenet et competit necnon de bonis ipsius villae
praefata Czerniechow primum et originaliter per Sacram Regiam
Maiestatem Dominum nostrum Clementissimum Magnifico Ioanni Gninski
antea Dapifero Sendomirien. nunc vero Thesaurario Curiae Regni

1202

Capitaneo Sporzynen Privilegio dato et Collato per eundem ve
ro Magnificum ad praesens Thesaurarium Curiae Regni Capitaneum
Sporzinen filio Recognoscentis vigore Privilegii Sacrae Regiae
Mattis ad tredenatum dati Cessit in Privilegio et Iure originali
contentis et Specificatis item de Iuribus et dispositionibus quibusvis Pri
vilegiis Originalibus et Decretis Commissionalibus Remissionibus Lustra
tionibus villae eandem modo quocunque Concernens et filio Recognoscentis
serviens cum omni Possessione Iure Dominio proprietate Competentiaque
et prorogativa quavis Cumque omnibus et singulis villae praedictae utili
tatibus fructibus proventibus redditibus Commodis et emolumentis Iurium
et Privilegiorum Conditionibus generis Clausulis articulis nexibus ligamentis
ac quovis Iure titulo attinentibus et pertinentibus generaliter uni
versis Nihil ex praemissis Iuris dominii proprietatis ac cuiusvis Com
petentiae et prorogativae pro se Recognoscente suisque Successoribus
aut quopiam alio reservando seu excipiendo verum prout praemissa
bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat tenereque
habere et possidere debuit ipsumque legitime concernebant ac eidem
serviebant. Iam ex nunc et de facto, Generoso Feliciano Białogłowski Roth
magistro Sacrae Regiae Mattis Acceptanti ab ipso pro praemissis omnibus
plenariam ac sufficientem satisfactionem Cessit et condescendit prout praesentibus ce
dit et condescendit omneque et integrum Ius suum filio ad praemissa serviens
in personam eiusdem Cessionarii sui totaliter et plenarie transtulit, transfu
dit et incorporavit prout transfert transfundit et incorporat praesentibus; In quod
quidem Ius praesens eiusque ad bona praedicta praemissaque omnia praesens
pro se Recognoscens transfusum idem Recognoscens Generosum Feliciano
servum Przemysliam. praedicto Generoso Białogłowski Sacrae Regiae Mattis
Rothmagistro Cessionario suo iam ex nunc et de facto Certum officiosum praesenti
dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque posses
sionem per ministerialem quemcunque Competentem et alter duos de officio quoscunque
voluerit.

vlnerit officiosi acceptand. per ipsum Gnosi Felicianu Bia
toglaski Sacrae Regiae Maltae Rothmagistru Cessionarium
eu hordem Iur. psens Cessum ac bona memorata Commissae omnia
psens condescensu Cum omni Usufructu et competentia ac benefi
cio Iuris realiter et effective tenendi, habendi, et possidendi illusq
quiete et pacifice. Usufruendi hordem Iur. cessu cum quovis
usufructu et proventu ad se libere et effectualiter convertendi
Iure psenti originali ac omnia latius in se complectentis psensisq
cessu et transfersi vigore

Skorczyckich Coniugum mutua Adultalitas

Comparentes psonaliter Coram Officio et Actis psentibus Castren.
Capitan. Premysslien. Gnosi Andreas Skorczycki Tribunus Terrae
Premysslien ab una et Catherina Woiakowska olim Gnosi Ga
spari Woiakowski Iudicis Terrae Premysslien filia eiusd. vero
w Gnosi Skorczycki Consors legitima parte ab altera sani men
tibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iudiciis Iurisdictio
nibusq. suis quibusvis propriis et competentibus recedentes psenti
vero Castren. Capitan. Premysslien. Iurisdictioni quo ad actum hunc
attinet Sese successoribusq. ac bonis suis gnaliter omnibus totaliter
et plenarie subiciendo et submittendo palam libere publicae
ac per expresse recognoverunt et quilibet eoru Seorsim Suo pro
interesse recognovit Quia ipsi et quidem pfata Consors cum
eiusdem Mariti sui ac Tutoris Coniugalis personali assistentia
et vltroneo ad Infrascripta Recognoscenda consensu sibi mutuo
et invicem Una pars alteri omnium gnaliter bonorum suorum
mobilium et immobilium haereditariorum et Obligatoriorum Summarumq.